



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

14. Dom. III. Quad. de dæmonio muto. Luc. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

## DOMIN. TOTIVS ANNI. 31

ris, quod non indignatur, sed agnoscit se  
canē; & indignā pane integro. Et sapientiā  
mirā, q̄ hoc ipsum nomen in suū cōmodū  
trahat, se nō panē, sed micas rātū petere, vt  
catelli solēt. vnde Christus stupens subiicit.

*O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* O quam vere dixisti bone Iesu. *Regnum cōlorum vim patitur.* Nam mulier hæc & II.  
vim intulit sibi, humiliter & patienter fe-  
rendo tam durā repulsam: & tibi, quod vi-  
quasi illata importunè gratiā petitā extor-  
serit; Et scio hoc licere imitari, quia *Luc. 11.*  
docuisti, importunè etiā instandū oratio-  
ni; cupis enim precibus etiam cogi à nobis  
pro tua infinita bonitate, vt eo maiorē im-  
pertias gratiam. nam cū illa cōtentā fuerit  
mīcis tu tamē respōdes. *Fiat tibi sicut vis,* id  
est, quicquid petis à me habere, obtinuisti.

## DOMINIC. III. QVADRAGES. *Oculi*

*De damonio muto. Luc. 11.*

**D**Æmone ex muto & caco eiec̄to, quidam di- 1.  
cunt, (in Beelzebub principe dæmoniorum  
eūc̄it dæmonia) alijs aliud signū quarebāt. Cō-  
sidera licet tria beneficia hic collata sint,  
tamē ex inuidia hos pessimā in partē inter-  
pretari, illos extenuare, turbam solam mi-  
xari, vt discas inuidi & maligui ingenij esse  
opt̄;

32 MEDITATIONES IN

optimè facta vel male interpretari, vel extenuare, quod pīj & simplices laudant. 2. bonis operibus, vel admonitionibus aliorum, nos non fieri meliores, sed deteriores, nisi securim ad radicem ponamus, id est, nos ipsos emendemus. Sicut enim bonis etiam pessima cooperantur in bonum, ita mālis optima in malum: similes enim sunt araneis dulcedinem floris in venenum vertentibus.

I E S U S Vt vidit cogitationes eorum, dixit  
2. eis. Omne regnum in se diuisum desolabitur,  
&c. Considera Ch̄istum non maledictum  
pro maledicto reddere, sed tantum hono-  
rem Dei rationibus quatuor tueri, vt di-  
seas, si quid contra personam tuam fiat pa-  
tienter propter Deum ferre, ac non peten-  
tietiam condonare: si autem contra ho-  
norē Dei, fidei Catholicæ, religiosi status,  
famam piorum quid dicatur, tunc non si-  
lere, sed defendere pro virili. Sic Moyses  
murmur contra se patienter tulit, sed ido-  
lolatriam, quæ erat contra Deū, seuerè pu-  
nxit. Sic mulier ē media turba hic Chri-  
stum & matrem eius beatos clamat.

3. Mulier de turba dixit. Beatus venter, qui  
te portauit. Et respondit Christus. Quinimō,  
Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt  
eū.

DOM. TOTIVS ANNI. 33

illud. Considera fortitudinem mulieris,  
quod metu omni excluso Iudeorum calu-  
miantium, gloriam Christi & S. matris  
elata voce tuerit, eligens potius contemni  
cum Christo, quam honorari a Pharisæis.  
2. cogita Christum ob ingratitudinem ali-  
orum mœstum, valde recreatum laude ma-  
tris, & ideo omnibus aliis relictis conuer-  
tisse se ad mulierem & dixisse. Tu vocas  
meam matrem beatam quod me concepe-  
rit, sed ego beatiorem puto, quod verba  
mea audierit & custodierit, sicut & tu nunc  
es, omnesque qui ea audita custodiunt.

DOMIN. IV. QVADRAGE S. *Letare*

*De multiplicatione s. panum.*

Iohann. 6.

CVM IESVS monte consenso subleuasset  
oculos, vidit turbam ingentem tendere ad I.  
se, rogantique de panibus respondit Andreas.  
Est puer unus hic habens quinque panes hor-  
deaceos, & duos pisces. Considera Christum  
ex valle montem descendere, ut doceat  
nos ad perfectionem viræ spiritualis ten-  
dere, sed non sine labore ad eam perueni-  
re. 2. modestiam Christi oculos semper de-  
mittentis, nec subleuantis nisi in cœlum,

C & ad